 rium prout fauor vltime voluntatis: quia nume-
 rus pluralis verificatur in tribus: vt est tex. nō.
 in. l. j. de optio. lega. quia sicut optio seruorum
 legata sit potest tres eligere fm vnum intellectū
 glo. ibi quem non improbat Bar. Et facit in si-
 mili tex. in. l. mela circa pncipium. ff. de alimen-
 et ciba. lega. quia in alimētis eorum fauore quis
 pubescit in decimo octauo anno: quod tene mē-
 ti ad limitationem omnium iurium que dicūt que
 pubescere in decimo quarto anno: vt. s. quibus
 mo. tu. si. in pn. et. s. de pupil. substi. §. masculo
 cum similibus. Ad secundam quare rubrica
 uis cognationum et non agnationum videtur di-
 cendum: q̄ cum cognatio sit tanq̄ genus consi-
 derata agnatione: quia omnis agnatus est cogna-
 tus: put habes tex. et glo. s. de legi. agna. suc. in
 pn. Hinc est q̄ adiunxit gradus ipi cognationi
 tanq̄ digniori: cum genus sit dignius specie. glo.
 est nō. iuncto text. s. de fideicommiss. in rubrica.
 Sic alias videmus in rubrica de adoptio. l. alia
 sit adoptio: alia arrogatio. Ita etiam iuriscōsul-
 tus in. l. j. in pn. ff. de grad. ibi dum dicit: gradus
 cognationuz. Ita ad litteram declarat tex. in. l.
 iuriscōsultus. §. j. eo. ti. Et facit vna ratio: quia
 cum nomen cognationis sit nomen naturale: s̄
 agnatio habet nomen civile: vt probat tex. in di-
 cta. l. iuriscōsultus. §. j. quotiens concurrat na-
 turale et accidētale semper p̄fertur illud quod
 est naturale. Tex. est vulgatus et nō. ad hoc in. l.
 qui habet. ff. de tutel. Adde ad hoc tex. iuncta gl.
 in. l. inter agnatos. ff. vnde legi. l. prima facie vi-
 deatur contra. Et ita debes intelligere hanc ru-
 bricam et c.

**Diuiditur totus titulus in q̄-
 tuor partes principales.** In p̄ma ponitur con-
 tinuatio. In secunda ponitur quot modis con-
 sideretur agnatio: et per quas vias: et que sit ascē-
 dens: descendens: et transuersalis. In tertia in-
 cipit numerare gradus et prosequitur. In quar-
 ta remouet vnū dubium sc̄z q̄ idem est in agna-

tionem: sicut in cognatione. Secunda est ibi: qua
 in re. Tertia ibi: p̄mo gradu. Quarta ibi: agna-
 tionis quoq̄. Item tertia pars p̄ncipalis po-
 test diuidi in sex. In p̄ma ponitur per exempla
 qui sint in primo gradu. In secunda qui sint in
 secundo. In tertia qui sint in tertio. In quarta
 qui sint in quarto. In quinta qui sint in quinto.
 In sexta qui sint in sexto. Partes patent ibi: p̄-
 mo: secūdo: tertio: quarto: quinto: et sexto: et ita
 debes diuidere. Et p̄ncipium vsq̄ ad tertiam
 partem p̄ncipalem: hoc dicit. C. Cognatio alia
 dicitur ascendens: alia descendens: alia trasuer-
 salis. Et ascendens et descendens incipit a p̄mo
 gradu: trasuersalis a secūdo: hoc dicit. Vel
 sic. Superior cognatio que est parentum: et infe-
 rior que est liberorum dīnumerantur a p̄mo gra-
 du: trasuersalis que est fratrum et sororum a se-
 cundo. Vel tertio sic. Parētes et filij in linea
 ascendenti vel descendenti numerantur a stīpi-
 te in p̄mo gradu: fratres et sorores in linea tras-
 uersali in secundo: hoc dicit: et ad idem tendunt:
 l. aliter summēt scribētes. Nota p̄mo ibi:
 Necessaria: q̄ necessaria in aliqua re nō sunt ali-
 quo modo p̄mittenda per hunc tex. quia cum
 hereditates deferantur proximioribus in gra-
 du: est necessariuz et vrgens scire materiam gra-
 dum: ita etiam probat tex. i. l. iuriscōsultus in
 pn. ff. eo. Et non solum est necessarium scire gra-
 dus propter hereditates: sed etiam propter tu-
 telas que deferuntur proximioribus: et propter
 bonoz possessionem de iure p̄torio. Et etiam
 propter reddēda testimonia iter affines et agna-
 tos ita dicit notāter tex. in dicta. l. iuriscōsultus
 in pn. Concordat cum hoc notabili quod elici-
 tur hic tex. in. l. necessario. ff. de pericu. et cōmo.
 rei vendi. Nam si res vendita ante traditionez
 pereat vel deterioretur ad sciēdum cuius est pe-
 riculum: est necessarium scire an emptio sit per-
 fecta per illum tex. Secundo nota ibi: quem-
 admodum: q̄ l. ista dictio soleat esse similitudi-
 naria vt concernat duo: iuxta. l. quemadmodū:
 ff. de acquiren. poss. cum similibus. Tamen hic
 ponitur demonstratiue concernens solum vnū
 ita colligē hic. Tertio nota ibi: cognationuz:
 q̄ nomen cognationis est generale: vt dixi in ru-
 brica. Probat hic: quia vel q̄ simus i linea ascē-
 denti vel descendenti vel trasuersali semper di-
 citur cognatio. Quarto nota ibi: superior: q̄
 parentes dicuntur esse in cognatione superiori
 habendo respectū ad superiores: quod tene mē-
 ti p̄ statuto quod poneret penam vel lucrū om-
 nibus de cognatione superiori. Concoz. tex. in
 l. j. §. p̄mo gradu. ff. eo. Quinto nota ibi: in-
 ferior: q̄ filij dicuntur esse in cognatione inferio-
 ri habendo respectum ad parentes: quod tene-
 menti p̄ statutis. Sexto pondera ibi: libe-
 rorum: q̄ per hoc nomen liberorum veniunt et
 comprehendunt descendentes per hūc tex. qui
 hoc probat in terminis: quia si linea inferior di-

citur esse liberorum: ergo omnes descendentes dicuntur liberi alias non essent in linea inferiori quod est absurdum. Preterea probatur alia ratione: quia contrariorum eadem est disciplina iuribus vulgaribus. Si igitur omnes ascendentes dicuntur esse in linea superiori: ergo a contrario omnes descendentes sunt in linea inferiori. Et ideo cum tex. se restringit ad nomē liberorum omnes descendentes in infinitum dicuntur liberi: sicut in simili parentes dicuntur omnes ascendentes in infinitum. l. iij. §. parentes. ff. de in ius vocan. Adde text. magistrum qui expressius loquitur in l. liberorum: de verbo. signifi. Sed aduerte: quia hoc posset procedere largo sumpto vocabulo. Nam proprie loquendo parentes dicuntur vsq; ad tritaum: alij dicuntur maiores et liberi dicuntur vsq; ad trinepotem. Alij dicuntur posteriores: iste est tex. ad litteras in l. iurisconsultus. §. parentes. ff. eo. qui non potest cauillari. Et hoc modo posset concordari cum tex. hic et cum dicta. l. liberorum. Quam solutionem sentit glo. in dicta. l. liberorum: l3 glo. in. §. si igitur: in auten. de heredi. ab intesta. videatur aliud tenere. Sed certe quia dictus. §. parentes non reperitur correctus vt iura iuribus concordentur: esset bonum ita dicere: argu. l. j. c. de in offi. dot. c. cum expediat: de electio. li. vj. Septimo nota ibi: ex transuerso: q; fratres et sorores et descendentes ex eis dicuntur transuersales. Et hoc intellige quando descendens ex vno fratre concertat cum descendente ex alio: quia alio modo dicerentur descendentes: et tene meti etiam pro statuto. Et hoc declarat tex. hic dū dicit: et conuenienter etc. Octauo et ultimo nota ibi: et superior: et at ea etc. q; in linea ascendenti vel descendenti: et sic in linea directa incipimus connumerare gradus a stipite: quia posito ticio pro stipite qui habeat patrem et auum: et habeat filios ex se et nepotes: auus erit sibi in tertio gradu ascendendo ab ipso ticio ad auum. Sed nepotes erunt in tertio descendendo a ticio. Isti fratres huius ticii non possunt esse sibi in primo gradu: sed erunt in secundo: et sic non est dare primum gradum in numerando in linea transuersali. Ratio est: quia habito respectu ad patrem huius ticii ipse ticius patri suo iungitur in primo gradu: frater suus etiam iungitur in primo gradu. Unde cum mediante persona patris fiat vnus gradus ipsi fratres inter se de necessitate sunt in secundo. Et sic non potest numerari a primo gradu in linea transuersali ab ipso stipite. Hanc rationem tangit glo. hic in v. a secundo: q; incipiamus a secundo gradu in linea transuersali: est tex. in. l. j. in pnci. ff. eo. ti. Glo. in v. hoc loco: vnum facit: quia querit ad quid est necessarius iste titulus: et respondet propter hereditates que per gradus deferuntur: et propter tutelam et testimonia non dicenda: ita dicit tex. in. l. iurisconsultus: in pnci. ff. eo. dixi. §. in primo no. De primo qua-

liter numerentur et cognoscatur gradus tam in linea ascendenti q; descendenti et transuersali: post completum titulum tradam tibi in arboze rem claram: et eodem modo qualiter deferantur tutelae: q; tum ad tertium de testimonio non dicendo inter affinitatem. Are. hic facit aliqua verba et quodammodo reassumit articulum: vide que ipse dicit relinquo pro nunc ne impediam arbozem. Adde ad ipm latissime dicta per Bar. in. l. qui testamento. §. quecumq; de testamē. et Bal. in. l. parentes. C. de testi. Et ibi aliquantulum Paulus de cas. et glo. et Cy. plenius: et plene per Specula. in ti. de testamen. §. j. v. si pater: et sequen. et per Bar. in dicta. l. parentes in lectura antiqua: et vide dicta in. l. etiam. ff. de testi. Glosella in v. transuerso: opponit et bene soluit: dicit vt in ea. Glo. in v. a secundo: querit quare in linea transuersali non numerat a primo gradu: dicit in ea et bene: et dixi. §. in ultimo no.

Primo gradu. §. Et licet non videatur recipere congruum summarium: quia enumerat personas vsq; ad sextum gradum ponendo exempla: tamen in effectu sic potest summari. In sexto gradu a stipite tam in linea ascendenti q; descendenti dicitur esse qui distat per sex personas: ex transuerso per quinque. Hoc dicit vsq; ad. §. hactenus. Notabilia patent ex se: sed pro nunc recollige omnia nomina tam ascendentium q; descendentiū et collateralium et finge stipitem ex te: et incipias ab ascendenti. Primo qui est in primo gradu a stipite dicitur pater. In secundo dicitur auus. In tertio proauus. In quarto abauus. In quinto attauus. In sexto tritaus. Et hoc est latus masculinum ascendens. Sed femininum sunt mater: auia: proauia: abauia: attauia: et tritauiā. Et scias q; auus et auia possunt dupliciter intelligi tam de paternis q; maternis. Item in linea descendenti directa. Primo est filius. Secundo nepos. Tertio pnepos. Quarto abnepos. Quinto atnepos. Sexto trinepos: et hoc in genere masculino. Sed in feminio: filia: neptis: proneptis abneptis: atneptis: et trineptis. Sed in linea transuersali ascendenti in masculino in tertio gradu a stipite est patruus. In quarto patruus magnus. In quinto propatruus. In sexto abpatruus. Et isti iunguntur stipiti ex parte patris. Sed ex parte matris in linea transuersali ascendenti: sunt auunculus: auunculus magnus: proauunculus et abauunculus: et isti iunguntur stipiti ex latere matris. Et patruus est frater patris. Patruus magnus frater auis. Propatruus est frater pauis. Abpatruus est frater abauis. Item auunculus est frater matris. Auunculus magnus frater auis. Proauunculus est frater proauis. Abauunculus est frater abauis. Modo recollige in linea ascendenti ex parte patris in genere feminio nomina feminarum. Amita est soror patris. Amita magna soror auis. Proamita soror pauis

Abamita soror abau. Ex latere matris est matertera que est soror matris. Matertera magna soror auie. Pro matertera soror pauie. Abmatertera soror abauie. Et sic habes nomina ascendentium tam per lineam directam quam per transversalem ex latere patris et matris in genere masculino et feminino usque ad sextum gradum. Do do recollige nomina descendentium ex duobus fratribus vel sororibus vel uno fratre et altera sorore. Et nati ex duobus fratribus dicuntur proprie inter se fratres patruelis. Nati ex duobus sororibus proprie consobrini fratres. Nati ex uno fratre et altera sorore proprie amittini: et omnes de consuetudine dicantur consobrini. Ad hec omnia tu habes tex. hic: et tex. vnde fuit tractus iste in l. i. §. primo gradu: cum l. iij. ff. eo. Adde text. de iure canonico in c. primo gradu. xxxv. q. v. Adde tex. ad nomina descendentium in c. series. ea. q. et in l. i. iurisconsultus per totam legem. Et ultra ista non reperiuntur plura propria ut dicit text. in c. primo gradu. §. septimo. xxxv. q. v. Et hoc etiam videtur sentire tex. in l. iij. §. in septimo. ff. de gradibus. Et facit: quia plura sunt negocia quam vocabula. l. iij. ff. de prescript. ver. Et in arboze oculata fide omnia ista excipies: et alia nomina usque ad decimum gradum ponentur potius ad placitum: venio ad glo. Glo. prima opponit contra tex. et vult demonstrare quod filius sit in secundo gradu a patre: sed est fallacia: et ipsa bene declarat per exemplum. Glo. in v. tertio: est nota. iuncto tex. ad hoc quod etiam in linea transversali est dare ascendentes et descendentes quod non pro statutis. Glo. in v. auunculus: facit questionem an si mater alicuius habet patruum sit ipsi filio patruus magnus vel auunculus. Et sic si pater habet auunculum sit mihi auunculus magnus. Johannes glo. vult quod sic. Accur. contra. pro Joan. videtur tex. apertus in l. i. c. de success. edic. quia etiam quod sit matri mee patruus tamen mihi erit patruus magnus non auunculus per illum tex. l. Pla. contra. cum sit cognatus: et vult quod illa lex improprie loquatur. Sed Bal. ibi sequi videtur opinionem Johan. et adducit ad statutum quod extate patruo mater excludatur et dicit ut ibi per eum. Sed Bar. ibi dicit non esse de hoc curandum. Alie glo. sunt clare.

§. Hoc dicit. Precedentia declarant sequentia: et dicta in cognatione habent locum in agnatione: et quanto quod est propinquius oculis: tanto propinquius ad intellectum. Hoc dicit usque in finem: et aliter sument scribes. Nota primo ibi: namque ex his: quod per precedentia possunt intelligi sequentia: et e converso adde tex. et quod ibi dicitur in l. talis scriptura. ff. de lega. pmo cum similibus.

Secundo nota ibi: quippe semper: quod posita generatione unius gradus et generata alia persona generatur alius gradus: et tene menti ad ea que dicentur in arboze. Tertio nota ibi: agna-

tionis: quod dicta in cognatione habent locum in agnatione per hunc tex. Ex quo resultat quod validum est argumentum de cognatione ad agnationem. Quarto nota ibi: sed cum magis: quod quanto quid est propinquius oculis: tanto propinquius est intellectui. Et ad hoc semper allegat iste tex. Glo. in v. hactenus: dividitur in tres partes: et in qualibet tacite querit et respondet. Secunda ibi: et hoc est verum. Tertia ibi: et fuit eorum. Querit glo. in prima parte an illud quod dicitur in tex. quod generata una persona generat unus gradus sit semper verum. Respondet quod non: quod dato casu quod ex filio nascantur duo filij illi faciunt inter se duos gradus secundum ius civile: cum tot sint gradus quot sunt persone. l. iurisconsultus. §. transeamus. ff. eo. Et tenet Joan. an. in arboze consanguinitatis in secunda col. In secunda parte glo. querit an semper sit verum tam de iure canonico quam civili: quod quot sunt persone tot sunt gradus. Respondet quod sic de iure civili: secus de iure canonico in linea transversali: quia ubi legitur faciunt duos gradus: canonice faciunt unum. Collige primo ex ista glo. quod in linea ascendenti et descendenti et sic directa non discordat ius canonicum et civile. Ex quo resultat quod cum de iure civili in linea directa usque in infinitum non possint contrahi nuptie in tantum quod si adaz viveret non posset ducere uxorem: iuxta tex. in l. nuptie ff. de ritu nuptia. in §. j. et ibi glo. §. de nup. etiam quod non sint nati ex legitimo matrimonio. l. et nihil. ff. de ritu nuptia. Ita etiam de iure canonico sit prohibitum: et facit. c. progeneri: et c. de consanguinitate: et c. in copulatione. xxxv. q. v. Et ista in terminis tenet Johannes an. in arboze consanguinitatis in secunda col. l. Rofr. in summa de consanguini. et affini. §. item quantum: dixerit contrarium per generalitatem. c. non debet: de consanguini. et affini. qui tamen tex. debet intelligi in transversalibus. Tu adde ultra hoc: quia non est inducenda discrepantia inter canones et l. c. clericus de iudi. c. j. de iuramen. calum. c. intelleximus: de no. ope. nunciatio. §. pe. in auten. vt cle. apud proprios episcopus. et melior omnibus in c. j. de noui ope. nunciatio. Sed in l. est prouisum non contrahi in linea directa in infinitum: ergo eodem modo per canones. Adde tex. iuncta glo. ad hoc in c. ij. de malefi. in glo. in v. potestatem. Preterea et fortius si ius canonicum strictius procedit quam ius civile in matrimonijs in linea transversali: vt est tex. in c. ad sedes. §. igitur: et c. series. xxxv. q. v. ergo a fortiori in linea directa ubi seruatur memoria progeneri: dicto. c. progeneri. xxxv. q. iij. iuxta autem. multo magis. C. de sacro san. ec. §. longe magis. §. de lega. Et ita transeas. Secundo collige ex hac glo. quod omnis differentia in connumerandis gradibus inter ius canonicum et civile consistit in linea transversali: quia que in legitime ponunt in secundo gradu: canonice in primo: dicto. c. series: et dicto. c. ad sedem. §. igitur:

et oculata fide: videbis in arboze. In tertia parte glo. tacite querit: quod ius debeat attendi an civile vel canonicum. Et respondet q̄ in matrimonijs debent seruari canones: in hereditatibus ius civile. Ita habes glo. consociam in l. iuriconsultus. §. item liberi. ff. eo. C. Collige ex hac glo. fm̄ docē. vnam conclusionem q̄ in concernentibus animam seruatur ius canonicum etiam q̄ sit contra ius civile: et etiam in terris imperij. Et probatur in c. si. de prescrip. in c. d̄pe. de secun. nup. in c. si. de foro competen. li. vi. ita tenet Joannes an. in c. ij. de regu. iur. in. vi. ita expresse Bar. in l. priuilegia. C. de sacro san. ec.

Secunda conclusio colligit q̄ in concernentibus animam seruatur ius civile etiam in terris ecclesie. Et pro hoc videtur tex. in c. p̄mo d̄ no. ni oper. nunciatio. ita solet allegari hec glo. et ita sequitur Aref. hic. Tu tamen aduerte: quia hoc secundum procedit nisi de iure canonico reperiat̄ur cōtrarium: quia cū leges nō possint tollere ius diuinum: cum l. civilis sit subus. l. dei. x. di. c. j. in fi. Et hanc limitationem expresse firmat glo. in dicto. c. j. de noui ope. nunciatio. Ad istud tamen dubium quando ius canonicum contrariatur iuri civili quod magis debeat attendi: vide in primis Bar. in dicta. l. priuilegia: de sacro san. ecclē. et canonistas in c. que in ecclesiarum: et c. ecclesia sancte marie: de constitutio. et moderni ponunt in c. cum esses: et c. relatum: de testamen. Joannes an. in c. ij. de regu. iur. in. vi. ponitur in c. per venerabilem: qui si. sint legit. et in specie omnes: in dicto. c. j. de noui oper. nunciatio. et ibi vide. Glo. in v. adijciatur: vnum facit: quia colligit diffinitionem gradus: et allegat l. iuriconsultus. §. gradus. ff. eo. Aduerte: quia fm̄ Joan. fab. hic et Aref. sequitur non est bona diffinitio: quia diffinit gradum per gradū

quod est absurdum. Et tu adde: quia iuriscōsul. tus in dicto. §. gradus noluit diffinire: sed posuit similitudinem. Et facit: quia testis reddendo rationem de suo dicto ratio non debet esse eadē cum dicto: vt nō. glo. in l. si. ff. de offi. procura. ce. in l. si. ff. de exceptio. Adde tex. in l. qui inter rogatus. ff. de petitiō. heredita. l. contra hoc vī deatur tex. in c. coniunctiones in p̄ncipi. xxv. q. ij. et. ij. et quod nō. §. qui et ex quibus cau. ma. fo. non pos. in p̄ncipi. et §. furtiuaz. §. de vsuca. vbi glo. ponit: Sic volo sic iubeo sit pro ratione voluntas. Sed posset dici q̄ princeps potest ita dicere et non alius priuatus: cum princeps dicatur habere omnia iura i scriinio pectoris. l. omnium in si. p̄ncipi. C. de testamen. Propterea dā tur due alie diffinitiones. Prima: gradus est distantia vnius persone ab alia in linea consanguinitatis. Secunda: gradus est habitudo distantium personarū qua cognoscit̄ quota agnationis vel cognationis vel affinitatis distantia: et ista videtur magis perfecta q̄ precedens que se restringit ad cōsanguinitatem. Tu autem fm̄ Joannem an. in regulis ad arbozem in prima col. dicas hoc modo. Gradus est habitudo distantium personarū qua cognoscit̄ quota agnationis cognationis vel affinitatis distantia due persone inter se differant: et ista verba vltima deficiunt ad precedētem. Glo. in v. appellatioe habet duas ptes. In prima tacite querit ad tex. et bene respondet. In secunda expresse querit vsq̄ ad quem gradum fiat numeratio: dic vt in ea. Et dum in fi. subdit: l. decretiste aliter dicāt intellige q̄ canoniste in linea transversali discōrdant a legistis non in linea directa: vt. §. di. i. in glo. in v. hactenus. Vel q̄ canoniste non vadūt hodie vltra quartum gradum et c. Et per hec habes expeditū breuiter hunc titulū et c.

Sequitur nunc declaratio arboris cōsanguinitatis: affinitatis: et successionis tradita per regulas generales et speciales.

Inuocatis prius

omnipotentis et eius gloriose matris noibus: quibus pretermis nullū rite fundatur exordium fm Boe. in. iij. de consolatioe. et iuxta tex. in. c. in nomine dñi

de testi. in. c. in nomine dñi. xxiij. di. c. in nomine dñi. lxxij. di. l. ij. in pn. C. de offi. p̄fec. p̄to. l. j. §. j. C. de vete. iu. enuclean. Et cassidorus: Principia omnium deo inuocanda sunt. Et ap̄lus: Omne quodcumq; in vbo aut in opere: in nomine domini nostri iesu xpi faciam. Et Job. xvj. c. Si ne me nihil potestis facere. Et alibi Cassidorus Celestis p̄nceps necessariam nobis copiam de abundantia sui rois infundat: mibiq; filio intellegentiam sensus aperiat: vt que vera sint et vtilia sequar: et que vetanda refugiam. Et sanctus Hieronymus: Dñe deus nescio loqui puer ego suz ecce dedi verba in ore tuo. Et poeta in Buccolicis: A ioue p̄ncipuz miserionis omnia plena. Deus enim sue virtutis magnitudine largitur hominibus res penitus desperatas perficere. l. j. §. j. C. de vete. iu. enuclean. Et die noctuq; dei est auxiliū inuocandum. l. ij. §. in sardinia. C. de offi. p̄fec. p̄to. et Val. in proemio feudo. Intellectum tibi dabo etc. Et in cōsilio quod posuit in titu. C. si quis alii. testa. probi. quod incipit: In nomine patris etc. Et profiteor si quod erroris in presenti arboze committetur ascribendum fore memorie et imbecillitati: iuxta. l. ij. §. si qd aut. C. de vete. iu. enuclean. Et quia ingenium mortale est exiguum eo. §. totum tamen vestris placidis oculis trado corrigendum. C. Omissis questionibus Joannis an. ad quid fuerit arbor necessaria et an sit autentica etc. et alijs. q. suis. Ad arbozem nostram ponam prius arboris regulas generales: deinde regulas speciales in quolibet ramo.

Regule generales.

Prima regula. leat poni arbor consanguinitatis per se et affinitatis per se vt fecit Joannes an. qui nō ponit arbozem in iure succedēdi quasi reliquerit legistis. Tamen arbor nostra erit in effectu et radicibus vna protrahens tres ramos. In vno continebitur arbor consanguinitatis. In alio arbor affinitatis. In alio arbor successionum. Et fingam vnum hominem depictum ex cuius capite exibat vnus ramus in quo ponem consanguinitatē. Item ex eius brachio dextro exibat alius ramus in quo ponemus affinitatem. In brachio sinistro exibat alius ramus in quo ponemus arbozem successionum. Et hoc facio vt opposita iuxta se posita magis clucescant iuxta tex. §. de iusti. et in. in p̄nci. ibi: Iusti atq; iniusti. Et quia cōtrariozum solet esse eadem disciplina. §. de his qui sunt sui v̄l alie. iu. in p̄nci. l. j. ff. eo. l. qui accusare: vbi bonus tex. ff. de accusatio. facilius enim dinoscetur in quo discordēt

leges a canonibus in gradibus p̄numerādis.

Secunda regula

Est sciendum q; vobis effingere boiem eicientem istos tres ramos: tanq; habētes succum et originem a bono stipite et tanq; boni fructus a bōa arboze producantur: iuxta illud euāgelij: Bona arbor etc. sicut econtra mala arbor debet succidi iuxta. c. primum de scismati. l. vj. Et etiam quasi attribuerim nobilissimo animali fm Aristotil. in p̄mo de animali. Et poeta: Celestisq; illius origo est. Et Quidius: Pronaq; cum spectent animalia cetera terram etc. et quasi omnia sint eius gratia comparata: iuxta. l. in pecudum. ff. de vsur. §. in pecudum. §. de rerum diu. §. si. §. de iure natura. gen. et volui ipm hominem effingere tanquā stipitem et truncum: sicut alias Isaac fuit stipites esau et iacob: prout dicit glo. in. c. quod electio. de consanguinita. et affinita. De quo facit mentionem glo. in. l. quoties ff. de here. insti.

Tertia regula

Est sciendum q; feci tres ramos ex eo: quia ita res exigit et quia alia sit numeratio in ramo consanguinitatis q̄ in ramo successionum etc. Item q; diuidēdo ipos facilius res intelliget. §. si ne in p̄mis. §. de lega.

Quarta regula

Est sciendum q; istos ramos ita posui. Nam ramus consanguinitatis cum sit magis dignus respectu matrimonij volui ipm poni in medio: iuxta illud: Medium tenere beati: vt nō. §. qui et ex quibus cau. manu. nō pos. §. si. Et etiam vt videatur exire de membro digniori: iuxta. l. cuz in diuersis. ff. de religio. et sumpti. fune. Et nulli dubium q; matrimonium est quid dignissimū cum ex eo renouet genus humanum: iuxta tex. in auten. de nup. in p̄nci. col. iij. Et fuit institutum a deo: masculinum enī et feminam coaptauit dominus ad generationis opus dicit tex. in auten. de trien. et semil. §. nec enim. Et fuit institutum in paradiso. c. j. de voto. l. vj. videmus quoq; in honorem matrimonij turpes actiones denegari: vt in titulo. ff. de re. amota. cum similibus. C. Ramum affinitatis volui ponere in brachio dextro tanq; in loco digniori ad arbozem successionis: cum etiam hic tractetur de matrimonio: iuxta illud: Sede a dextris meis. C. Ramum de nīq; successionum a latere sinistro cum versetur circa res: et sic videtur minus dignus iuxta ea q̄ allegauī. §. in seōa regula.

Quinta regula

Est sciendum q; iste homo a quo emanabūt diēti rami sedebit: cum propter comoditatem arboris: tum etiam quia alias iudices solent sedere iudicando: iuxta tex. in. §. sedebunt: in auten. de iudi. cum similibus: et quasi ipse tanquā iudex diiudicet etc.

Sexta regula

Est sciendum q; in linea transversali ab ascendētibus in arboze cōsanguinitatis a latere dextro

erunt qui iunguntur stipiti ex latere patris: a sinistro ex latere matris. A linea transversali a descendentes erunt qui iunguntur per filium a dextro: a sinistro per filiam tãquã preposuerim genus masculinum: et sic etiam in arboze successionum vt apparebit ex figura. Sed in ramo affinitatis erit e contra: quia qui iunguntur ex parte viri stant iuxta ramum consanguinitatis tanquã sint magis in medio: et in ramo a latere sinistro per ea q̄ dixi. s̄. in alijs.

Septima regula Est sciendum q̄ in ramo consanguinitatis sunt quadraginta cellule absq̄ stipite qui e in medio. In ramo affinitatis sunt decem et octo. In ramo successionum absq̄ stipite sunt cellule cccij. Et cellule que sunt in ramo consanguinitatis non excedunt quartum gradum vt est signatum de iure canonico. In ramo affinitatis eodem modo. In ramo successionum vsq̄ ad decimum gradum. Et iste sint regule generales ad omnes ramos simul.

Sequuntur nũc regule speciales ad declarandũ arbozẽ Et primo regule declarantes ramum consanguinitatis.

Prima regula. Est sciendum q̄ olim de iure canonico nõ poterat contrahi matrimonium: nisi vltra sextum gradum: tex. est in. c. affinitatis. xxxv. q. ij. et. iij. in. c. cum igitur. xxxv. q. j. in. c. consanguinitas. xxxv. q. iij. in. c. contradicimus. c. nulli. c. in copulatione. c. de consanguinitate. c. progeniem. c. nullum. xxxv. q. ij. et. iij. c. j. et. c. quod dilectio: et c. quia circa: de consanguini. et affinita. c. parentele. xxxv. q. v. Sed hodie omnia ista iura sunt restricta vsq̄ ad quartum gradum inclusive: vt est text. nouus et nõ. in. c. non debet: de consanguinita. et affinita. in. c. si. co. ti. et ita transeunt omnes: ita expresse firmat glo. xxxv. q. ij. et. iij. i summa et oēs p̄cordat. Et ita transeas.

Secunda regula. In consanguinitate est sciendum q̄ posuit soluz tot cellulas que a stipite faciunt quartum gradum: et cum ip̄o impeditur matrimonium vt sic si aliqua superaddatur in transversalibus in linea ascendenti possit contrahi: argu. l. cum p̄toz. ff. de iudi. l. maritus. C. de p̄cu. c. si.

Tertia regula Est sciendum q̄ stipites non potest contrahere cum aliquo in ramo consanguinitatis: q̄ oēs d̄ iure canonico sibi iunguntur in quarto gradu: vt p̄ signati.

Quarta regula Est sciendum q̄ abauus qui est vltimus in linea ascendenti non possit contrahere cum aliquo d̄ linea descendenti. Et sic etiam cum transversa-

libus a linea descendenti cum sint illi met: vt dicitur. j. quia in linea directa est perpetua prohibitio: vt probauit. s̄. in glo. in v. hactenus.

Quinta regula Est sciendum q̄ descendentes possunt contrahere cum aliquibus transversalibus a linea ascendenti dato q̄ fuit vltra quartum gradum. Nam filia stipitis possit contrahere cum propatruo stipitis qui est ab ip̄a in quinto gradu: et sic etiam proauunculus. Et eodem modo filius stipitis cum promatertera: et sic etiam filij patruu magni vel amite: vel filij auunculi magni vel matertere magne: vel nepotes patruu et amite: vel nepotes auunculi et matertere. Vel pronepotes a latere fratris ip̄i stipiti: vel pronepotes a latere sororis omnes isti possunt contrahere cum filio vel filia ip̄ius stipitis cum a stipite distent in quarto gradu: et ab eius filijs in quinq̄. Et eodem modo numerata descendendo ad nepotes et neptes stipitis et pronepotes et proneptes: et abnepotes et abneptes. Et aduerte: quia circa hoc hosti. in summa de consanguinita. s̄. nunquid: tenuit contrarium per regulam: quia quoto gradu quis distat a stipite et a quolibet per aliam lineam descendenti ab eodem: vt habet in. c. quod dilectio. et. c. tua: d̄ p̄san. et affi. et p̄ hosti. v̄z tex. in. d. c. q̄ dilectio. Qui etiam adducit r̄onem q̄ ex quo pater et filius censentur eadem persona. l. si. C. de impube. ergo prout distat a stipite ita a filio cum fingatur idem quod stipes. Quicquid tamẽ ip̄se dicat teneas contrarium vt supra posui exempla: et tenuit glo. in. c. si. de consanguinita. et affinita. Et tenuit Bernar. Ray. et Joan. de deo. prout Joan. an. sequitur in arboze consanguinitatis: et dicit esse verissimum. Nam his casibus non est prohibitio ascendentiũ et descendentiũ: sed solum descendentiũ et collateralium a linea ascendenti. Et ita tene q̄qd dixerit hosti.

Sexta regula Est sciendum q̄ descendentes in isto ramo consanguinitatis videntur esse bis descripti: quia illi qui sunt in cellulis transversalibus sunt illi idẽz qui sunt in cellulis directis a stipite et ab alijs ascendentiibus: vnde dicas q̄ non refert: quia signantur vt descendentes per respectum ad stipitem transversales per respectum ad seipsos. Et hec satis in ramo consanguinitatis.

Hic sequuntur alie regule speciales declarantes ramum affinitatis.

Prima regula Est sciendum q̄ olim affinitas sicut consanguinitas vsq̄ ad septimum gradum exclusiue impediabat contrahi matrimonium: vt habetur in. c. nullum. xxxv. q. ij. et. iij. et. c. sane: licet videatur aliquid probari in. c. de propinquis: et. c. quẽdaz

lex, eadem questione et causa: hodie vero tamen de consanguinitate ut supra dixi quod etiam de affinitate est expresse decisum quod usque ad quartum gradum inclusivae non possit contrahi sed ultra: sic textus est in c. non debet. v. prohibitio. de consanguinitate et affinitate. Et ita tene.

Secunda regula. Est sciendum quod maritus et uxor inter se non computantur ut faciant gradum cum sint una caro: sed cum maritus iungatur fratri suo in uno gradu consanguinitatis: eodem modo mulier in primo affinitatis. Et sic mulier cum iungatur sorori sue in uno gradu: eodem modo maritus: et sic de alijs: vide textum. non. in dicto. c. prozoro: et dicto. c. ad sedem. §. igitur. xxxv. q. iij.

Tertia regula. Est sciendum quod per carnalem copulam viri et uxoris inter ipsum virum et consanguineas mulieris non potest contrahi usque ad quartum gradum inclusivae. Nam maritus non posset ducere sororem uxoris sue nec neptem nec proneptem nec proneptem ut patet signatum. Eodem modo uxor dicitur contrahere affinitatem cum consanguineis viri usque ad quartum gradum inclusivae: quia non posset ducere fratrem viri non nepotem non proneptem non abnepotem: ut patet in arboze et habetur in dicto. c. prozoro: et dicto c. non debet. Et in omnibus istis cellulis dicitur esse primum genus affinitatis. c. super his: de consanguinitate et affinitate.

Quarta regula. Est sciendum quod affinitas inter ascendentes et descendentes habet perpetuam prohibitionem sicut etiam est dictum in consanguinitate. Unde si tu respicias arbozem consanguinitatis et ponas quod abnepos haberet uxorem: vel etiam si dares atnepotem qui haberet uxorem: mortuo abnepote vel atnepote abanus vel atanus non posset illam mulierem ducere: quia affinitas et consanguinitas equiparantur: dicto. c. non debet: de consanguinitate et affinitate. et per iura que allegantur supra in prima et secunda regula ad affinitatem: licet Hofre. dixerit contrarium prout fuit dictum in glo. in verbo hactenus. Et ratio huius decisionis est: quia ita debet abstinere a consanguineis uxoris sicut a proprijs. c. equaliter: et c. de propinquis. xxxv. q. iij. et c. j. de consanguinitate et affinitate. et facit. §. de nup. §. affinitatis: et in l. non facile. §. et retro. ff. de gradibus. et ita sequitur Joannes an. in ramo affinitatis in secunda col. et ita trahere.


Quinta regula. Est sciendum quod olim de iure antiquo erant in usu tria genera affinitatis. Primum genus iam signavit in tertia regula. Secundum genus fiebat quando primo generi addebatur una persona per carnis copulam hoc modo. Frater tuus habuit Bertam uxorem: et postea moritur illa Berta: nubit alteri: iste secundus maritus berte est tibi in secundo genere affinitatis. Demus quod

moriatur ista Berta et iste maritus secundus accipiat aliam uxorem: est tibi illa uxor in tertio genere affinitatis. Et olim inter omnes istos impediebatur matrimonium: hodie vero istud secundum genus et tertium non sunt in usu nec impediunt matrimonium: et ita intelligitur textus in c. de propinquis. xxxv. q. iij. C Sed pro isto articulo de primo secundo et tertio genere affinitatis: vide glo. ordinariam et forte secundam in c. non debet: de consanguinitate et affinitate. et ibi vide.

Sexta regula. Est sciendum quod vir sororis ipsius uxoris est iunctus fratri viri et eius uxori in primo gradu vir neptis ex uxore est iunctus cum nepotis viri et eius uxore in secundo gradu: vir proneptis ex uxore est iunctus cum pronepti viri et eius uxori in tertio gradu. Vir abnepotis ex uxore est iunctus cum abnepote viri et eius uxore in quarto gradu. Et eodem modo econverso: ut patet in arboze etc.

Septima regula. Est sciendum quod licet in arboze affinitatis in cellula uxoris quantum ad fratrem non ponatur propria nomina: quia uxor fratris dicitur fratris. Item frater mariti dicitur leutr. Item duo rum fratrum uxores dicuntur ianitrices. Item soror viri dicitur glos: ut est textus in c. quod autem. xxxv. q. v. Ego feci istud: quia visa fuerunt extranea nomina et maxime: quia principalis relatio in arboze affinitatis fit de marito ad uxorem. Et hec sufficiat quantum ad ramum affinitatis pretermittis. q. Jo. an.

Sequitur arbor. Et post arbozem ponuntur alie regule speciales ad declarandum ramum successionis Et etiam in fine aliquid de cognatione spirituali ponitur.





Prima regula declarans ramum successionis.

Est sciendum q̄ in lineis transversalibus ab ascē-
dentibus signantur a latere patris ipsius stipitis pa-
truum tñ cum eodem gradu sit amita: et sic pa-
truum magnum cuz eodem gradu sit amita ma-
gna et sic de alijs. Item in lineis transversalibus
ab ascendētibz ex latere matris ipsius stipitis
signantur auunculum et non materteram cum eo-
dem gradu sit: et sic auunculum magnum et non
materteram magnam cum eodem gradu sint: et
sic filij amite et amite magne filij matertere et ma-
tertere magne cum sint in eodem gradu in quo
sunt patruū filij et filij auunculi: et feci istud: quia
satis multiplicassem: per istos potes intelligere
alios: et eodem modo in linea directa ascenden-
ti signantur tñ auum et auiam qui tamen poterant
multiplicari: et intelligi de auo paterno et mater-
no: et de auia paterna et materna.

Secunda regula Est sciendum q̄ quā-
do habemus cōnu-
merare gradum in linea directa non incipimus
a stipite: sed vel ab eorum ascendētibz vel de-
scendentibus. Et est ratio: quia nisi sint due per-
sone nō posset fieri primus gradus: licet postea
vna addita fiat secundus: vt patet signatum et di-
ximus supra in principio tituli: et ibi gl. Sed quā-
do volumus incipere ad connumerandū trans-
uersales incipimus a secūdo gradu: quia ex quo
pater stipitis facit cum stipite primum gradum:
addito patruo et amita fiunt duo alij gradus: et
sic ē ipse patruus et amita in tertio: vt patet signa-
tum: et sic de alijs.

Tertia regula Est sciendum q̄ vnusquisq̄
tam ex ascendētibz q̄
ex descendētibz trahit suam lineam vsq̄ ad
decimum gradum vt patet signatum. Nam pa-
ter trahit illam lineā: patruus eius filij et cetera. Auia
trahit illam: auunculus eius filij. Et sic de alijs
transuersalibus a linea ascendēti vsq̄ ad sexta-
uum et sextauiam. Filius stipitis trahit illam filij
nepotes et cetera. Filia trahit illam filij nepotes et cetera.
Et sic de alijs vsq̄ ad sextinepotem et sextineptem.

Quarta regula Est sciendum q̄ in arbo-
re successionis illi idēz
qui sunt in linea directa videntur esse positi in tras-
uersalibus: et sic ille linee transversales quātum
ad descendentes videntur esse prima facie sup-
flue et inuanum posite: vt etiam supra dixi ad ra-
mum consanguinitatis. Sed non eundo p̄ am-
bages dicendum est q̄ non sunt superflue: quia
sunt posite ad videndum quando descendentes
inter se concertarent quis videatur proximior:
et magis multiplicantur in transversalibus lineis
vbi dicitur eius filij: nepotes et cetera. Et tamen in li-
nea descendēti directa dicitur filius nepos et cetera.

in numero singulari: et sic ipsi met possunt consi-
derari vt descendentes et transversales. Item
glo. supra in principio tituli in verbo a secundo
dum dicitur in tex. q̄ non est reperire primū gra-
dum in linea transversali. Ista exemplificat in
descendentibus: ergo linee transversales quan-
tum ad descendētes nō sunt superflue.

Quinta regula Est sciendum q̄ licet in
descendentibus a stipi-
te nepos qui est in linea directa signetur in secū-
do gradu: et tamen in transversali signetur in ter-
tio cum sit illa eadem persona: vt supra ē dictūz
et patet manifeste in arboze: rationes possunt as-
signari due. Prima: quia in transversali linea nō
est reperire primum gradum vt diximus supra
in principio tituli. Secunda ratio est et melior:
quia in linea transversali signantur in numero
plurali: et quot sunt persone tot faciunt gradus
inter se: nam si essent duo nepotes facerent du-
os gradus: et pater ipsorum facit alium a stipite:
ergo sequitur q̄ nepotes sunt in tertio: et in hoc
discordat ius civile a iure canonico: quia etiam
q̄ essent mille nepotes ex vno filio solum vnum
gradum facerent de iure canonico: vt supra dixi-
mus in glo. in verbo hactenus. Et tene menti
hanc regulam: quia sine ipsa de facili dubitares
in ramo successionū.

Sexta regula Est sciendum q̄ reperitū-
tur propria nomina exp̄s
sa in iure: tam in ascendētibz et transversali-
bus ex latere patris q̄ in ascendētibz et tras-
uersalibus ex latere matris: in genere masculino
et feminino: et eodem modo in descendētibz
vsq̄ ad sextum gradum: de quibus nominibus
dixi supra in §. primo gradu: et habetur in. c. pri-
mo gradu. §. septimo. xxxv. q. v. nec est dare pro-
pria nomina vltra tritauum: vltra tritauiam: vl-
tra tripatruum triamitam et triauunculum et tri-
materteram: vltra trinepotes et trineptes. Ta-
men in arboze nostra successionum reperuntur
plura nomina videlicet quadravus: quinquavus
sextavus et septavus. Ite quadravia quinqu-
via sextavia et septavia: sic et quatripatruus qui
quipatruus. Et eodem modo posset dici quadra-
mita et quinquamita: et sic quadravunculus et qu-
quavunculus: quadramatertera et quinquamater-
tera. Et eodem modo in descendētibz quadri-
nepotes: quinqueneptes: sextineptes: septine-
ptes. Quadrineptes et quinquineptes: sextine-
ptes et septineptes. Nec miramini si addidi hec
nomina hoc modo: quia sum motus ex eo quod
dicitur tritavus et tritavia: trinepos et trineptis et cetera
quasi ter avus et ter avia. Eodem modo descri-
psi ista nomina quadravus quasi quater avus et
sic de alijs. Nec omnino posui ad placitum cuz
appareat ratio similis: argu. l. non possunt cum
similibus. ff. de legi. Et sic ista sufficiāt.

De cognatione spirituali.

Adde post ista q̄ ego nō posui adhuc aliqd̄ circa cognationem spiritualemente que est magis digna q̄ carnalis: vt in. c. j. ij. z. iij. xxx. q. iij. z̄ impedit matrimonium contrahendum: z̄ dirimit iaz̄ contractum: vt habetur in. c. j. de cognatio. spiri. tua. li. vj. z. c. fi. C̄ Unde est sciendum q̄ qui leuatur de sacro fonte non potest contrahere cuz̄ leuante: nec cum vxore eius nec cum filijs: z̄ leuans non potest contrahere cum parentibus leuati: vt est glo. nō. in dicto. c. j. de cognatio. spiri. li. vj. in verbo contractum. Sed ip̄e leuans pater spiritualis potest contrahere cum sorore vel fratre leuati: vt habetur in. c. vlti. xxx. q. iij. Et pater carnalis alicuius posset ducere eius filiā spiritualemente: vt vult ibi glo. quia licet cognatio spiritualis descendat: vt. c. j. z. c. super eo. eodem titulo. non tamen ascendit: z̄ sic vt habetur in dicto. c. j. in. vj. z. c. fi. z̄ dicto. c. j. z. c. super eo: eodem titulo in antiquis: z. c. post susceptum. xxx. q. iij. z. c. super his quibus. eadem questione z̄ causa. Et Dominicus de sancto Seminiario in dicto capitulo primo in sexto notat q̄ leuatus d̄ sacro fonte non potest cōtrahere cum aliquo ex filijs leuantis. Nec est distinguendū an nascantur ante vel post baptismum: dicto. c. j. z. c. super eo. Et prout cōtrahitur cognatio spiritualis in

ter leuatum z̄ leuantem: eodem modo inter baptizatum z̄ baptizantem: vt habetur in dicto capitulo p̄mo in sexto: z̄ ibi Semi. nō. z̄ vide. xxx. q. iij. s. filij vero: z̄ capitulo sequenti. Vide in iuribus supra allegatis.

Adde Et in quātum dictum est q̄ leuatus non potest contrahere indistincte cū filijs leuantis dicto capitulo primo de cognatione spirituali in sexto: z̄ caplo primo eodem titulo in antiquis: non procederet in alijs filijs patris leuati z̄ filijs leuantis: quia isti possunt contrahere: z̄ ita loquitur tex. in dicto capitulo primo in antiquis ibi dum dicit simul possunt coniungi excepta illa persona per quam ad compaternitatem venit. De quo tamen me remitto ad dicta in locis p̄allegatis: pro nunc volui sic breuiter p̄transisse z̄c.

Et per hec cum laude dei z̄ eius matris reddo ego Joannes Crispus expeditam arbozem nostram In florentissimo gymnasio Patauino. Anno Millefimoquadringsesimooctuagesimonono kalendis sextilibus.

Laus deo.

Expletum est presens opusculum Impresum Venetijs: impensis atq̄ diligentiori cura Johannis hamman de Landoia Alemanni dicti Hertzog. Anno Millefimoquadringsesimononagesimo. xiiij. kal. Nouembrijs.



